



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Nempe humilitate & precibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

dum sacrificia, & preces in eam rem, proprias à ^{Nempe humi-} Præposito Generali cum Societatis, tum nomi- ^{litate & prece-} ^{buss.} natim ipsius petiit. Ad hæc per eundem Præpositum à summo Pontifice benedictionem singularem, plenamq; ex Apostolica indulgentia condonationem rogavit: magno id sperans sibi, vti profitebatur, subsidio fore. Nec Pontifex Pius fidei supplicis, pioq; studio defuit. Hæc enim uero sapientia germana Christiani pectoris est, modesta, diffidens imbecillitati humanæ, Religionum cultrix, per decretos ab procreatrice, & gubernatrice rerum sapientia quasi Canales caput è Cælo, & originem petens: non superba illa & proterua homulorum insanientium, qui per contemptum confirmatorum tot seculis sacrorum, per ludibrium sanctissimorum ex tota antiquitate Patrum, atque Doctorum, quo fert libido ruunt: præq; se stolidam arrogantiam, fastidioque intolerando, mortales iuxta & immortales pro cæcis, ac deliris, pro Asinis, ac stipitibus habent, ac flocci faciunt. Ceterùm sapiens noster totus è schola illa vnicuique Magistri, cui tãquam pro foribus titulus est, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, illud sibi iam pridem optatissimum ex hoc scribē-